SYNTHESES

PHARMACEUTICÆ UTRIUSQUE PHARMACIÆ È CODICE MEDICAMENTARIO DEPROMPTÆ CELEBERRIMO PARISIENSIUM PHARMACOPÆORUM ORDINI EXPONENDÆ

DEO DUCE

Et moderatore Joanne Baptista DELAPLANCHE Collegii Pharmacopæorum Parisiensium socio, nec non Historiæ Naturalis in dicto ordine pro demonstratore.

E. Galenicis.

Sirupus Violaceus.

℞ Florum Violarum recentium mundatorum ...... Libras quatuor

Ponantur in Vas Stanneum capax et profundum. Super affunde

aquæ fervent[is] aquæ ...... Libras octo

Coopertum Vas balneo maris tepido detineatur per duodecim horas. Cola. Per residentiam infusum defæcatum decantetur. huic intro vas Stanneum adde.

Sacchari optimi ...... Duplum.

Fiat Sirupus balneo Maris.

Sirupus Mercurialis Vulgò, de Longue Vie.

℞ Succi depurati Mercurialis ...... Libras duas

Boraginis, Buglossi ...... ana Semi libram.

Radicum Ireos nostratis ...... Uncias duas

Gentianæ ...... Unciam unam

Mellis optimi albi ...... Libras tres

Vini albi ...... Uncias duodecim.

Radices contusæ macerentur in vino albo per viginti quatuor horas.

Cola. Liquetur mel et Succis misceatur; Factaque levi ebullitione, Cola per manicam. Ambo liquores Simul permixti, coquantur in Sirupum.

Nota. Huic Sirupo addi potest infusum unciæ unius et Semis, Foliorum Orientalium.

Extractum Kinæ Kinæ.

℞ Kinæ Kinæ pulveratæ ...... Uncias duas.

Bulliant vase clauso in

Aquæ ferventis ...... Libris quatuor

Cola et illico decanta. Vapore balneo maris, vel radiis Solaribus, in vasis faventinis planis (ita ut trium vel quatuor linearum altitudinem liquor non Superet) ad perfectam Siccitatem.

Extractum per lamellas tenues et nitidas cultello abrade.

Pulvis Arthriticus Purgans.

℞ Seminum Cardui benedicti, Carthami ...... ana Dragmas duas

Cremoris tartari, foliorum Sennæ mundatorum ...... ana Semi unciam

Cinnamomi acuti ...... Dragmam unam

Diacrydii, Radicum Salsaparillæ, chinæ, Ligni Guayaci ...... ana Dragmas duas

fiat omnium pulvis Subtilissimus.

Diascordium.

℞ Foliorum Scordii Siccatorum ...... Unciam unam et Semis

Rosarum rubrarum, Radicum Bistortæ, Gentianæ Tormentillæ, Cassiæ ligneæ, Cinnamomi, Dictami Cretici, Seminis Berberis, Stiracis calamitæ, Galbani, Gummi arabici optimi ...... ana Semi unciam

Boli orientalis preparatæ ...... Uncias duas

Laudani, Zinziberis, piperis longi ...... ana Dragmas duas

Mellis rosati colati ad consistentiam cocti ...... Libras duas.

Vini Canarini generosi ...... quantitatem Suffic.

fiat ex arte Electarium, quod Sæpius agitetur, donec consistentiam debitam acquisiverit.

Pilulæ Hidragogæ Bontii.

℞ Aloës Soccotorinæ, Guttæ Gummi, Gummi ammoniaci ...... ana Partes æquales

Aceto vini acerrimo dissolvantur, coletur liquor, fortiter exprimatur. in Vase Vitreo ad Solem exponatur, donec obtinuerit extracti consistentiam, ut fiant pilulæ.

Vnguentum de Stirace.

℞ Olei nucum ...... Uncias undecim

Colophoniæ ...... Uncias quindecim

Gummi Elemi, Ceræ flavæ ...... ana Uncias Sept. et Semis

Igne moderato liquefiant. fusis omnibus adde

Stiracis liquidæ ...... Uncias Septem et Semis

fiat unguentum Secundum artem

Emplastrum Norimbergense.

℞ Minii ...... Uncias octo

Olei rosarum ...... Uncias viginti

Ceræ flavæ ...... Libram unam

Caphuræ, Sebi cervini ...... ana Dragmas Sex

Aquæ Communis ...... quantum Satis.

fiat Secundum artem emplastrum.

Ex chimycis

Aqua Melissæ Composita.

℞ Foliorum Melissæ Siccatorum ...... Uncias quatuor

flavedinum Citri Siccatorum ...... Uncias duas

Nucis Moschatæ, Coriandri ...... ana Unciam unam

Cariophillorum, Cinnamomi, Radicis angelicæ Bohemicæ ...... ana Semi Unciam

Contusis contundendis omnia macerentur per triduum in

Spiritus Vini rectificati ...... Libris duabus

Aqua Melissæ balneo-Maris distillatæ ...... Librâ unâ.

Distilla balneo-Maris Secundum artem, ferè ad Siccitatem.

Laudanum liquidum Sïdenhamii.

℞ Opii Selecti in taleolas Secti ...... Uncias duas.

Croci ...... Unciam unam

Cinnamomi, cariophillorum pulveratorum ...... ana Dragmam unam.

Mitte in Vas idoneum. affunde

Vini hispanici ...... Libram unam.

Digere per aliquot dies Balneo-Maris Vas identidem agitando. Cola et Serva.

~~E. Chimicis.~~

Spiritus Salis Ammoniaci cum Calce.

℞ Salis ammoniaci ...... Uncias octo

Calcis vivæ ...... libram unam et Semis

Seorsim pulverata et mixta inde in retortam capacem loricatam. affunde

aquæ ...... Uncias Sex

Ori retortæ manum admove et agita; Statim que adapta receptaculum amplissimum, commissuris non obseratis Sed arctè conniventibus. Exactis per horæ quadrantem, et absque igne primis Spiritibus, commissuras obsera. Tum adhibeatur ignis arenæ lenissimus, gradatim augendus. Cùm nihil ampliùs prodibit, refrigeratis omnibus, exemptum illicò Spiritum Serva in vase ritè obturato.

Massa Superstes calcinata, est Sal ammoniacum fixum, quod aeri humido expositum resolvitur, et vocatur Oleum Calcis.

Liquor Anodïnus Mineralis Hoffmanni.

℞ Olei Vitrioli concentratissimi, Spiritus Vini rectificatissimi ...... ana Libram unam et Semis.

In retortam vitream amplam immitte Spiritum Vini. huic affunde paulatim Oleum Vitrioli, et in girum retortam agitabis ut invicem misceantur liquores, quod non fit Sine calore, qui ubi remiserit, adapta receptaculum rité obseratum, distilla ex arenâ, igne ita administrato, ut liquor Semper bulliat leviter. Prodibit primò Spiritus Vini fragrans, quem exime et Serva. Iterùm admoto ut Suprà receptaculo, distilla eodem caloris gradu, donec Sulphureus odor prodire incipiat, obtinebis Spiritum Volatilem fragrantiorem et Suaviorem, quem excipe et Serva. Deindè igni lenissimo materiam Superstitem expones (ne offa nigra, in fundo retortæ apparens, transeat in receptaculum) prodibit phlegma acidum, Sulphureum et volatile (quod Si velis, illicò Separabis) tandem apparebit Oleum Vitrioli dulce, a Phlegmate Statim et accuratè Separandum. Tum

℞ Liquoris primò et Secundò distillati et Simul mixti ...... Uncias duas

Olei Vitrioli Dulcis ...... guttas duodecim

Misce, et erit Liquor anodïnus Mineralis

Nota 1°. hunc Liquorem cum Salis Tartari tantillo, esse digestioni committendum, Si Sulphurei odoris aliquid Spiraverit.

Nota 2°. Si Liquorem, Æther dictum, obtinere volueris, Secundum liquorem Supradicta operatione eliciatum, igne lampadis esse distillandum; et Statim prodibit Æther.

Spiritus Salis Valentissimus.

℞ Salis communis ...... Uncias Sexdecim.

Mitte in retortam tubulatam pluribus receptaculis inter Se communicantibus munitam. Tum paulatim et per vices affunde per Tubulum

Olei Vitrioli ...... Uncias octo.

Tubulo rité obturato, vapores Sponté in receptacula transibunt. Post tres aut quatuor dies distilla, per gradus, ignem ad Summum augendo; Vasis refrigeratis Spiritum extrahe, in vase accuratè clauso Servandum.

Massa Salina in retortâ residua igne aperto, Si opus est in Crucibulo calcinetur, donec nullos fumos edat, aquâ limpidâ dissolvatur et Cristallisetur, Salem exhibet mirabilem Glauberi.

I°. Selectis, ut Artis est, et publicè expositis Materialibus Supra Scriptis die Lunæ 24 Mensis Martii anni R. S. H. 1783: horâ nona matutinâ Historiam naturalem, et omnia quæ ad praxim pertinent, Enarrare ac Demonstrare tentabit; Dein, diebus quatuor Subsequentibus ad Operationes exsequendas manum et industriam admovebit: Denique die Sabbati Subsequente Sintheses perfectas Expertissimorum Magistrorum oculis Subjiciet Josephus ~~Neret~~ Ptoucourt Metensis.

In Collegio Pharmaciæ. Via vulgò dictâ de L'Arbalete.

Dedimus et legimus. die 15ª. martii 1783.

Denachy. Cerspaut. Lehoux de Clermont.

Vidimus et probavimus has preparationes è codice parisiensi desumptas Brouker. pharmaciæ professor.

Pousfous. de Bets. Decanus. Julerium pharmaciæ professor Designatus.